

78 N 14 [79]

VIRIS CLARISSIMIS *Rb.*  
IOANNI GOTTLIBIO  
BOSSECKIO  
ET X 2318140  
CHRISTIANO ERNESTO  
S C H M I D I O

PHIL. BACCALAVREIS

S V M M O S

IN PHILOSOPHIA HONORES

G R A T V L A T V R

ERN. FRID. WERNSDORFIUS

V I T E M B .

---

LIPSIAE d. XII. FEBR. A. R. G. CI CI CC XXXVIII.

---

LITTERIS BREITCOFFIANIS.



Kapsel 78N14 [79]

AK



CHRISTIANO ERNSTO



I am fera barbaries luget suffusa rubore,  
Artibus heu! solum linquere iussa  
suum.

Deque iugo excuso Germania laeta triumphat,

Miratur tenebras eminus atque stupet.

Desit ac ueterum libros erodere blatta,

Cernitur en rursum Graecia, Roma uetus.

Non sacra fallaci papae doctrina subesse

Creditur, atque uorax exulat aede Baal.

Rimantur docti mysteria condita rerum,

Ars ipsum ad caelum scandit & ima petit.


Adspice, quid praestet cunctis dilecta mathesis,

Cuius nota olim pars modo parua fuit.



Iam si paparum ueterum gens caeca reuertat,  
Quos scimus doctos imposuisse rogo:  
Daemonibus totum mundum scaturire putarent,  
Et Circen nostros edocuisse uiros:  
Et gernerent, quod non Hercynia tota superfit,  
Vnde struas strigibus tot lamiisque rogos.  
Certatim excusso torpore Europa laborat,  
Et Scytha Zamolxes mox dabit ipse suos.  
Hinc sequitur merito praegrandis gloria doctos,  
Quae quosque ingenuos allicit atque trahit.  
Vndique concurrit cupide studiosa caterua,  
Et data doctrinae dulcia mella bibt.  
TE quoque, BOSSECKI, uidi noctesque diesque  
Hac ductum in doctis ponere laude libris.  
TE iam, mi SCHMIDI, solerter Porta uocabat,  
FREYTAGIO nostro dignus alumnus eras.  
Ingenti semper dulcedine pascor, AMICI,  
Quum VESTRVM studium mente recordor ego.  
Quantum KLAUSINGI, uenerandi patris, ab ore  
Ambo pependisti, testis & ipse fui.  
Quaeque docet placido laudandus WEISIVS ore,  
Auris percepit non satianda satis.  
Fertilis ut fugit pluuiam se terra rigantem,  
Et mox egregio germine findit agrum:

Sic quoque vos patuit suavis doctrina Sophias,  
Fructus & eximium mentis acumen erat.  
Iam noua messis adest, meritum decus ecce reportat  
Insumentum studium perpetuusque labor.  
O arcta nimium nos uinculum iunxit amoris,  
Quam ornatis vobis ut tacuisse queam.  
Utque simul studiis mentes oculosque dabamus,  
Sic me vestra simul gaudia mente beant.  
Alma igitur vobis dat praemia prima Sophia,  
Mox, ita uaticinor, templa secunda dabunt.  
Ipse Deus vestris flator conatibus adsit,  
Ut capiam e vestris gaudia saepe bonis.



78 N 14 [79]

VIRIS CLARISSIMIS *R.*  
IOANNI GOTTLIBIO  
BOSSECKIO  
ET X 2318140  
CHRISTIANO ERNESTO  
S C H M I D I O

PHIL. BACCALAVREIS

S V M M O S

IN PHILOSOPHIA HONORES

G R A T V L A T V R

ERN. FRID. WERNSDORFIUS

V I T E M B.

LIPSIAE d. XII. FEBR. A. R. G. CLO IO CC XXXVIII.

LITTERIS BREITCOPIANIS.

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20

Farbkarte #13

B.I.G.

